

habeat, et hoc facimus, ne non solum eos gravemus, set ne etiam eos gravare videamur. Ceterum scire volumus universos, quod^{a)}) tantam libertatem eidem ecclesie Cellensi contulimus, ut currus ipsorum sine exactione theloni terras nostras pertranseant, currus inquam deferentes fratrum res necessarias. Ut autem hanc libertatis recognitionem loco prefato ausu temerario nullus aut ad presens aut in posterum presumat infringere, paginam 5 presentem et sigilli nostri impressione et ydoneorum virorum communimus testimonio, quorum ista sunt nomina: Episcopus Theodericus Merseburgensis. Episcopus Engelhardus Nvenburgensis. Dux Saxonie Albertus. Albertus de Drouze. Burchravius Heinricus de Donin, filius eius Otto. Burchravius Meinherus de Misne. Heinricus de Chorun. Erkenboldus de Grizlawe. Bertramus prepositus Wurcinensis. Gerhardus 10 de Tekewiz. Hermannus sacerdos de Wizenvels. Berwardus sacerdos de Indagine. Vlricus de Kurin. Heinricus de Lindenowe. Hugo de Ysinberch.

(S.)

217.

Markgraf Dietrich beurkundet die auf verschiedene Weise erfolgte Erwerbung des Prädiuim Zadel 15 durch das Kloster Altzelle, darunter die Schenkung von 9 Hufen mit der Kirche des heil. Andreas daselbst, welche die Markgräfin Sophia zum Seelenheil ihres verstorbenen Gemahls, des Markgrafen Albrecht, gemacht hat.

Dresden, 1216 Jan. 21.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 200. S., an weißen und rothen Seidenfäden, = Taf. III. 2.

Anm.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21.

20

: In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio Celle sancte Marie in perpetuum.: | Cum eorum, qui in castris milicie claustralibus excubant, devota pro nobis invigilet intentio, ut, si qua nobis intus forisve adversantur, procul a nobis | faciat superna dignatio, hanc eorum sollicitudini, qualemque iustum arbitramur rependere vicissitudinem, ut eis et quecunque sunt eorum defendendis, | nostri 25 intendat principatus protectio. Itaque ut Cella sancte Marie in predio suo, quod dicitur Zedele, ab omni malorum hominum improbitate secreta permaneat, tam presentis quam futuri evi hominibus significare dignum duximus, quo donationis et emptionis ordine ipsum praedium ad eandem devolutum sit ecclesiam, quo modo videlicet Sophia marchionissa, uxor fratri nostri pie memorie Alberti marchionis Misnensis, pro remedio anime 30 sue novem mansos in eadem villa cum ecclesia sancti Andree prefato contulit monasterio. Abbas quoque Matheus quatuordecim mansos, septem a duobus fratribus scilicet Waltero et Volemaro de Gluch et septem alios a Pribizlao sacerdote de Godowe et Petro fratre eius cum consensu omnium heredum ipsorum in ipsa villa pro octoginta marcis comparavit, sed et abbas Gerhardus duos mansos ibidem ad quendam Hugonem de Kotenewiz iure 35 proprietatis pertinentes pro xi marcis accedente suorum heredum consensu redemit.

216. a) *Vor quod ist qđ radirt.*

Quod vero reliquum est sepe dicte ville, quatuor fratres Rvdolfus, scilicet Brunizlaus^{a)} et Dypoldus, Hagano etiam et soror eius Lucia de voluntate omnium heredum suorum in elemosinam pro peccatis suis eidem loco devote obtulerunt. Ut ergo et nos eorum, qui ab ipsis laudabiliter patrata sunt, apud deum mereamur esse participes, sollempnem predictorum bonorum donacionem nec non et coemptionem sub nostra tuicione suscipimus atque, ut ab omnium malignantium invasione firma et inconvulsa permaneant, sigilli nostri auctoritate et ydoneorum testium astipulatione roboramus, quorum ista sunt nomina: Bertrammus^{b)} prepositus de Worcin. Vlricus notarius noster. Wrezzlaus filius regis Bohemie. Petrus et Brunizlaus^{a)} fratres de Breseniz. Christianus de Künradisdorf. 10 Cünradus de Ozzech. Tammo de Scöneuelt. Petrus filius Volchmari^{c)} de Donin. Boriwo de Tharant. Hertwicus de Misne. Hugoldus villicus de Misne. Godefridus de Owleben. Volmarus de Sciskwiz. Otto de Karlesdorf. Albertus Slichting. Rüdegerus Sueuus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducen-
15 tesimo xvi., indictione v., xii. kal. febr. in civitate nostra Dreseden; feliciter.

(S.)

218.

König Friedrich II. genehmigt die Schenkung des Hofes Riedern bei Frankfurt Seitens der Pauline, Wittwe des Schultheißen Wolfram von Frankfurt, sowie deren Sohnes Johann und deren Enkelin an 20 das Kloster Aulisburg (später Haina) unter Vorbehalt eines Fruchtzinses. — Zeuge: Landgraf Hermann.

Gelnhausen, 1216 Jan. 31.

Hdschr.: Or. Perg. verloren.

Gedr.: Guden, Codex dipl. Mag. 2,31. — Boehmer, Codex Moenofr. 1,24. — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. I. 2,437. — Böhmer-Ficker 844.

25 Anm.: Die schon von Böhmer beachtete Verschiebung des Itinerars — die vorausgehende Urkunde von 1216 Jan. 30 (Böhmer-Ficker 843) ist zu Hagenau ausgestellt — suchte Huillard-Bréholles durch Änderung der Tagesziffer ii. kal. febr. in xv. kal. zu beseitigen. Bei Versetzung nach 1217 würde, auch abgesehen von der Indiktion, das Itinerar gleichfalls nicht entsprechen. Es wird bei nachträglicher Ausfertigung der Urkunde der Ort der Handlung beizubehalten sein. Vergl. Ficker, Beitr. zur Urkundenl. 1,204; 2,362. Dann sind auch die Zeugen zweifellos Handlungszeugen, da sie recht wohl nach Gelnhausen, aber zumal bei Berücksichtigung der vorhergehenden Urkunde nicht nach Hagenau passen.

— — Huius rei testes sunt: Hermannus lantgravius Turingie. Ludwicus comes de Cigenhagen. Ludwicus comes de Wirtemberch. Anshelmus de Iustingen. Gerlacus de Büttengen. Olricus de Minzenberch. Philippus de Bonlandia. Gualterus pincerna. 35 Conradus frater suus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice M. CC. XVI, indictione III; data apud Geilenhusen ii. kal. februarii.

217. a) Brumzlaus. b) Bertammus. c) Vochmari.